

1257. d. 2. Martii.

73.  
Ex Orig. Arch. Con. Cracov.  
ad sedes S. Andree  
et Clare Religiosarum

Kopia oryginalnego przywileju magnuskiego  
Lawichoszczkich i wszystkich wolnosci kła-  
sttorowi S. Andrzeja należących, które  
są nadane od <sup>króla</sup> króla Bolesława.

23

In nomine Domini amen. Quoniam  
omnes mortimur, et quasi aque dilabiamur  
ne mortaliū gesta celebri et perpetua  
memoria semper digna, temporum decur-  
su in oblivionem adducta, queant apud  
posterorū nostros pati, et ambiguitate di-  
scrimen digne solent perpetuitate res  
instrumentorum uniuersimode cum expressi-  
one testium perennari. Hinc est quia  
nos Boleslaus Dei gratia Cracovien-  
sis, Sandomiriensis dux, uniuersis Chri-  
sti fidelibus in omne seculum presentibus  
proteritum, et futurum, presentibus  
facimus manifestum. Quia pro remedio  
felicitatis anime patris nostri clare memo-  
rie illustris Cracoviensis et Sandomi-  
riensis Ducis Lesconis, et in colunitate  
nostra et nostra ingenue genitricis  
Cimislade et Cusegundis nostre ge-  
nerose consortis, semper proponentes

Deum in conspectu nostro, à quo ha-  
benus, quod vivimus et paternorum  
principatum gubernacula possidenda  
constructo per nos de consensu illustri-  
um principum fratrum nostrorum  
Casimiri Lancitiensis et Cuiaviensis et  
Senoviti Mazoviensis Ducum, et vene-  
rabilis patris Prandota Dei gratia  
episcopi Cracoviensis, nec non et de  
totius Ducatus nostri consensu baro-  
num fundato et constructo monaste-  
rio Ordinis Sancte Clare in oppido  
nostro Zawichost, pro sustentatione  
sororum eiusdem Ordinis, ipsum mona-  
sterium, predia, proventus libertati-  
bus, seu immunitatibus infrascriptis  
duximus dotandum contulimus, siquid  
eidem monasterio villas infrascriptas  
cum omnibus suis utilitatibus et per-  
tinentiis, molendinis, videlicet tabernis  
quae nunc sunt, vel erunt in posteru-  
m, et cum pratis, nemoribus, piscationi-  
bus, et cum venationibus castorum  
et aliarum bestiarum, et si quae alia  
sunt commoditates, quibuscumque no-

nominibus censeantur, ipsum scilicet  
 oppidum Lawichost iuxta tenthonicolo-  
 catum, cum utilitatibus et piscationi-  
 bus villae, cuius termini erunt super-  
 rius usque in Tysce, et inferius usque  
 ad milliare et cum villis adiacenti-  
 bus, quarum nomina sunt haec Winare  
 cum lacu, qui iacet in Komorzyn,  
 Pehare, Cyrmino, Durowo, Piotrowice,  
 Rozowo, Postawna, Hostrow, Fosino, Tu-  
 cyra, Upiana, Daronino, Suotowicki,  
 Byrescane, Wangerki, Dambane Cho-  
 thow, Winare inferius super Vistam  
 cum clausura, Sobotha, Wziorowice,  
 qua nunc Ostrow dicitur et aliquas  
 sortes in Przewod, et Sobuili cum vi-  
 nea et agris Sigodanis, Unonowice,  
 Wtosowice et ecclesiam in Sarnowek  
 cum Sanctuariis, quorum sunt haec no-  
 mina, Paulus cum duobus fratribus,  
 Michael cum fratre et duobus filiis  
 et camerarius, quorum haec sunt nomi-  
 na, Domarus, Deslaus, Oset et om-  
 nibus pertinentiis suis et annuis red-  
 ditibus, qui sunt hi, Taberna cum  
 theloneo eiusdem villae et aliarum per-

pertinentium ad eandem de celario Du-  
cis sex unne mellis, strosa Duarum pe-  
runcearum, quod Opole vulgariter ap-  
pellatur, decima villarum subscripta,  
nunc Samowicz, et Koryzane et Kre-  
wia et Wdorz et Wobica et Dobra-  
kowi et Motola, et Malisiche, et  
Wilkow et Holura et Lunowice villa  
per nos collata, et Myslowice, et Mar-  
cinowice, et Przedmoscane, et Roky-  
tno, villa ecclesie cum decima, et Wola  
et Moczydlane, et Koztow, et Wbresh  
et eadem decima Prychody, et Kuro-  
zwanbi, et Omiesniki, et Dobra et  
Lathsa, et medium Studenisko, quod  
possidet comes Adam. Deditur etiam  
ipsi monasterio, centum marcas argenti  
puri, et totum valore duorum alve-  
orum salis, qui Koryto vulgariter ap-  
pellatur, in loco qui magnam sal com-  
muniter minupatur, et marcam auri  
in theloneo Cracoviensi ac duas mar-  
cas auri in plumbo Stueho singulis  
annis percipiendas, et decem marcas  
argenti in Chasse villa Episcopi, quae  
singulis annis in signum dominiis regi

recipere conseruimus, pro utilitatibus eiusdem  
 dem monasterii in forma informandis, in  
 colas vero ac inhabitatores villarum su-  
 praedictarum ea libertate eaque immu-  
 nitate gaudere volumus, et per terram  
 Cracouensem et Sandomiriensem, nego-  
 tiationis causa transeuntes in nullo  
 loco theloniorum persoluant, quos eti-  
 am absoluius ab omni prestatione  
 prediali seu personali cuiuscunque  
 census et tributi ad ducem palatinum,  
 castellanum, iudicem, et quemcunque  
 alium Superiorum vel beneficiatum  
 pertinentis, neque enim pro eo, Stro-  
 sam, stan, poduzne, narab, targowe,  
 poradine, caput quod vulgariter dicitur  
 glowa et ab omni causa sanguinis,  
 et ab omni furto, et a portione, nec  
 aliquas annonas, vacas, porcos, oves,  
 vel quosvis pecora alia pro expensis  
 ducalibus persoluent, nec nuntios vel  
 legatos ducum, seu aliquos venatores  
 recipere cogent inuiti. Generaliter autem  
 eisdem incolis absoluius ab omnibus  
 seruitutibus angariis et praesangariis,  
 quibuscunque nominibus denotentur, et  
 quae nunc sunt, vel in futurum poterunt

excogitari, sive sint ordinariæ, causales,  
et repentine, ab ædificatione castrorum  
vel reparatione, et ab omni expeditione  
vel exercitû ipsorum penitus absolven-  
tes. Qui etiam incole conventi coram  
nobis, super quibuscumque causis,  
vel negotiis, vel coram aliquo palati-  
no, castellano, vel quovis alio iudice  
vel officiali comparere vel respondere  
non teneantur, sed suorum tantum-  
modo rectorum iudicio sint subie-  
cti, ut autem nulli alii sed solum  
dicto monasterio et sororibus supra-  
scriptis prefate ville, quas etiam in  
re theuthonice locari concedimus cum  
omnibus suis utilitatibus defluant, et  
ad id ipsum monasterium plene in-  
re pertineant, decernimus ut rectores  
villarum earundem per sororem no-  
stram dominam Salomeam reginam  
quondam Gallicie, nunc autem in re-  
gula beate Clare Domino famu-  
lantem et abbatissam sororum eius-  
dem regule in ipso monasterio Lawi-  
chost constituantur, et eorum destitu-  
antur arbitrio. In robur autem et  
perpetuam memoriam superscriptorum

suprascriptorum presentem literam no-  
 stro sigillo duximus consignandam.  
 Datum in Forchum anno Domini  
 millesimo ducentesimo quinquagesimo  
 septimo sexto nonas Martii. Pro-  
 sentibus iis illustribus, Casimiro Len-  
 citiensi et Cracoviensi, Semovito Ma-  
 zoviensi duibus, Janussio Guedens  
 preposito et cancellario Casimiri Gul-  
 core Cracoviensi et Sandomiriensi can-  
 cellario, Nicolao Cracoviensi, Sique-  
 ro Sandomiriensi, Abrahamo Mazo-  
 viensi palatino, Moysaphato San-  
 domiriensi, Joanne de Czecow, Dy-  
 nizo de Berch castellano, Varso-  
 ne dapifero, Lublaso agarone San-  
 domiriensibus, et aliis quam pluri-  
 mi clericis et laicis.

1647. die vero vigesima Martii oblatum  
 et decretum prout in actis forni  
 Cracoviensibus.

1600. Veneris quarta Junii Cracovie  
 In iudicio et actis causarum episcopatus  
 Cracoviensis productum et decretum.

Actum in castro Cracoviensi feria quar-

quarta post festa solennia Sancti Pen-  
tecosten proxima anno Domini mil-  
lesimo septingentesimo trigesimo ter-  
tio.

Oblata intro contentarum privilegii  
literarum sub actu suprascripto su-  
scepta et inducta.

Ta kopia przepisana z oryginalu par-  
gaminowego rohu Pańskiego tygodnie-  
go siedemsetnego osiemdziesiątego pią-  
tego dnia osmego miesiąca listopada  
przy którym znalazł się na sznur-  
ku z karmazynowego jedwabiu zrobio-  
nym pieczęć jedna w adamaszek  
obryta.